



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Miraculum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

se: quintum in Oppido erigitur, cui
Tononio nomen trans Alpes diœ-
cesis Gebennensis Ducatus Cha-
blasij: sextum in Ecclesia B. Mariæ
Gratiarum diœcesis Foroiuliensis
in Prouincia.

Miraculum.

EO ipso anno Nouembri mense,
aut Decembri, Eugenia Man-
sueta per menses octodecim na-
rium morbo laborauerat, quæ illi
interdum non modò intumesce-
bant enormiter, verùm graui quo-
que eam vexabant incendio: ab eo
autem morbo vbi nullis etiam assi-
duis medicorum curationibus, ac
remedijs liberari se posse vidit, fru-
stulo lintei B. viri sanguine asperso
sibi admoto, protinus ab ea ægrotati-
one euasit, neque in poste-
rum ab ea tentari se
sensit.

*Huius rei
oculatos,
juratosque
testes pra-
ter Euge-
niam duos
habemus.*